Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37192
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



224

uerit · loco mediocri collocetur
et ipse tamen si promittat de ob
seruacione regule uel propria stabilitate
Clericorum etc. Quod dicit eodem desiderio intelligo de desiderio
tempore probacionis cognito ut ducatur per gradus quibus eius desiderium
agnoscatur. Locus mediocris · in 2a vigilia intelligi potest
quia prima vigilia iuniorum puerorum et nouiciorum est. Ad hoc
vero quod dicit loco mediocri collocetur supplendum est sicut superius
de sacerdotibus · i · si digni iudicantur et ab Abbate mandatur
Nam alias quod de illis statuitur et de istis intelligi potest
et de promocione · i · de humilitatione. Quod vero ait · et ipse tamen si
promittat de obseruacione regule uel propria stabilitate · i · postquam
probati fuerint et professionis emiserint votum · uel eciam
ante ea ut cum nouicijs per clericos vero omnes gradus usque
ad presbiteratum intelligere debes. Nam et non numquam in iure
episcopus clericus appellatur sicut ibi Sic viue in monaste
rio ut clericus effici merearis · i · episcopus. De monachis
Nam superioribus tactum est de diuersis peregrinis quomodo suscipiantur
susceptionibus laycorum scilicet puerorum sacerdotum et clericorum
Quia vero non numquam ad hospicium monasterij monachi ali
orum monasteriorum declinant et non nulli ex hoc affectant
de habitacione sui primi monasterij ad illud ad
quod declinant se transferre. agit hic rubrica
de monachis peregrinis. Capitulum 6.1.m

Si quis monachus peregrinus · 6.1.m